
VITT EMANUELE
E


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
1
E
6





Alexãdri Achillini bononiẽſis
De poteſtate ſyllogiſmi
De ſubiecto Me
dicine.

Alexander Achillinus Virgilio porto Mutinensi. discipulo haud peni/tendo fœlicitatem.


Ostra quædam fragmenta (:ut moris eorũ est:) Virgilii mi amã
n tissime diligentem eorum collectorem adeunt. Tu enim urba/
nitate/et uirtutibus/et doctrina/is es/quem iter cæteros nobis di/lectos/elegi/apud quem aptissime reponantur: te enim semper cognoui nostri nominis studiosum: logicalia quidem alios edocebis: medicinalia uero exacte (:ut assoles:) contemplaberis: ex quibus non minus gloriæ Alaxandro tuo aurigante te iam iam comparaturum existimo / q̃ hacte/nus ex poeticis muneris adeptus sis. Hæc igitur nostris aliis / quæ apud te sunt adiungas: Vale: et libenter res nostras perlege.

¶ Alexandri Achillini Bononiensis de prima potestate syllogismi.

v TRUM Posse plura concludere sit potestas syllogismi. ¶ Soluendo erunt tres articuli. In primo quedam fundamēta subiciam. In secundo respondebo ad quesitum. In tertio dubia quedā soluam.

¶ Quantum ad primum premitto ꝙ ad aliquam conclusionem inferendam aliquando vna propositio sumitur. vt in multis nō syllogisticis consequētijs faciliter inuenitur. vt ab inferiori ad superius ⁊c. aliquando due vt in syllogismo. aliquādo plures: vt in inductiōe multorum singularium. due proposito nostro requiruntur ⁊ sufficiunt. Hee autem possunt eē cathegorice: hyppotetice: ⁊ mixte. de cathegorico discursu nūc loquēdum. possunt autem huiusmodi cathegorice medium habere vniens maius extremum minori: ⁊ possunt non habere: de medium habentibus intelligimus. quoniam he vere combinate dicunt: quia due sunt ⁊ coniūcte: siue earum copula fuerit affirmatiua siue negatiua: siue inter eas ponatur coniūctio siue nō. Combinationum autem quedam vtilis est ad conclusionem inferendam: quedam non. inutiles relinquo. Utilem intelligo nunc illam que in omni propositionis materia conclusionem infert. patet ex Auerroe primo priorum. capitulo septimo et obiter primo physicorum cōmento. 25. In omni materia cōcludit cōbinatio: que in terminis ignote significationis vim seruat illatiuam nulli enim dubium ē tūc illationem tenere merito cōbinationis extremorum in medio: ⁊ nō ratione terminorum qui ɔbinantur. ¶ Correlarium conuersio in oppositam qualitaté nō est formalis ɔseqūtia: neqꝫ probans eam esse formalem: ⁊ cōsequēter de ea in potestate syllogismi non curamus. Medium autem quo fit combinatio potest esse terminus cōmunis. discretus: nunc syllogismum resolutorium relinquimus accipientes termini cōmunis medij combinationes: ex hijs autem sic combinatis propositiōibus elicere possum⁹ determinatum cōsequēs super quo nostra cogitatio naturaliter ɔsequētis elicitiua cadit: ⁊ tūc talem modum arguendi naturalem vocamus: quales sunt quattuor priores modi prime figure: quattuor secunde ⁊ sex tertie: aut non determinatum cōsequēs elicimus: ⁊ tunc talem modum arguēdi artificialem vocamus: iuxta Auerroim primo priorum capitulo septimo artificiales etiā vocauit Auerrois modos tribus figuris cōmunes scilicet fapesmo ⁊ frisesom. primo priorum capitulo. 12. ⁊ quartam figurā Galeni dixit ⁊ deduxit non esse naturalem. primo priorum capitulo quinto. Modi autē naturales per perfectum ⁊ imperfectum diuiduntur ⁊c. ¶ An autem sit syllogismus artificialis perfectus: videtur ꝙ sic. patet de barbari: euidens enim est particularis consequentis ex vniuersalibus premissis sequela.

¶ Secundum fundamentum ꝙ ɔ° non est de essentia syllogismi. Ad quod declarandum assumo ꝙ differētia est inter diffinitionem ⁊ descriptionem. quoniam diffinitio per principia rei intrinseca componitur: si quid enim non cōstitutum est: ipsum non diffiniri: sed describi habet. sed descriptio ex genere ⁊ passione aut modo essendi diffinito proprio dari habet: an autem oratio per correlatiuum explicans quid ē res: sit diffinitio vel descriptio appellanda presentis non est speculationis. ¶ Cum igitur describendum est aliquid per propriam passionē non debet passio illa conuenire descripto per alterum: sed per ipsum. Sed passiones toti attribute ratione partis eius integralis non toti per se attribuuntur. in hoc enim partes essentiales ab integralibus distinguuntur. quoniam partes essentiales passionum toti per se conueniētium sunt cāe: qꝛ proprie passiones a proprijs subiecti principijs effluunt: sed nō sic est de proprietatibus toti attributis ratione partis integralis. in principio enim quinti physicorum dixit philosophus motum attributum toti ratiōe partis integralis: non illi toti mobili per se attribui. Cum autem demonstratio describatur per facere scire primo posteriorum textu ɔmēti grati ideo hec virtus non est demonstratiōi attribuēda ratione partis integralis: sed per se illi attribuenda est. aliter diffininitio Aristotelis non esset bona: ideo demonstratio est due premisse: q̄ conclusioné inferunt: ⁊ notificant: ⁊ consequēter conclusio non est de essentia demonstrationis sic ꝙ demonstrationem componat tanquam pars: Idem argumentum est de diffinitione scire. s.



per demostrationem intelligere. si enim conclu
sio esset de essentia demostrationis: tunc scire es
set per partem demostrationis intelligere. Qd
si scire esset per demostrationez intelligere: hoc
esset ratione alterius scilicet partis demostratio
nis integralis. s. antecedentis. Idem est argu
mentum de diffinitione scire posita. sexto ethi-
corum capitulo quarto scilicet habitus demo-
stratiuus seu demostratione acquisitus. Idez
est argumentuz de diffinitione syllogismi. quo
niam ipsum syllogismum diffinit Aristoteles
per esse conclusionis illatiuum. ideo per seipsũ
syllogismus est conclusionis illatiuus: non au
tem per partem sui. ⁊ hoc voluit philosophus
primo priorũ capitulo primo. ⁊ secundo prio
rum capitulo primo. ⁊ primo topicorum capi-
tulo primo. Satis enim errando deuiaret Ari
stoteles a suis regulis vniuersalis prio poste-
riorum traditis cum proprietatem syllogismo
conuenientẽ per alteram scilicet ratione partis
⁊ repugnantem toti per se toti attribueret. ⁊ p̃-
sertim cum nunquam multiplex distinxisset. s.
syllogismum aliquando capi pro duabus. ali-
quando vero pro tribus propositionibus: Qd
autez illis tribus propositionibus repugnet es
se illatiuum conclusionis: patet quia syllogis-
mus comune est ⁊ demostrationi ⁊ dialectico
syllogismo. quorum est facere consequens eui
dens: contra quos est fallatia petitionis prin-
cipij: peteretur enim principium si assumere-
tur conclusio ad ipsam inferendam vt patet.
Idem est argumentum de diffinitione argu-
mentationis que est ratio rei dubie faciens fi-
dem: nullus enim rationem dicti reddens dic
tum assummit cuius fidem facit. sed aliunde i-
quirit euidentiam. Istam sententiam habet
Auerrois primo priorum capitulo primo di-
cens omnis syllogismus componitur ex dua-
bus propositionibus ⁊ nõ pluribus neqz pau
cioribus: ⁊ primo priorum capitulo vigesimo.
dixit consequentiam conclusionis esse ex syllo
gismo. Idem Auerrois secundo priorum ca-
pitulo quarto. dum ostenderet in tertia figura
ex falsis sequi verum. dixit non sequitur quan
do aufertur syllogismus vt auferatur conclu-
sio ⁊ exponit. s. cũ sunt false propositiões. opor
tet igitur intelligere syllogismus. i. antecedens
philosophus ẽt primo priorũ capitulo. 29. do-
cet demere aut addere in propositionibus do-
nec veniat ad duas propositiones. vbi parum
supra dixerat: primũ oportet tentare duas pro
positiones accipere syllogismi. Idem capitu-
lo. xxx. sed primũ sumendum est duas proposi
tiones. ⁊ capitulo. 22. Quare manifestum quo-
niã ois demostratio ⁊ ois syllogismus erit per
tres termios tãtum. hoc autẽ manifestũ palam
quoniã ex duabus propositionibus ⁊ nõ plu-
ribus. ⁊ parũ infra manifestũ igitur est quoniã
in qua oratione nõ pares sunt propositiones p
quas conclusio fit principalis: hec oratio non
syllogistica est. ⁊ parum infra erit omnis syllo
gismus ex propositionibus quidẽ perfectis ex
terminis aũt habũdantibus. Et prio posterio
rum Auerrois cõmẽto. 54. quoniã syllogism⁹
qui est ex duabus propositionibus probabili-
bus qui est syllogismus topicus non conditio
natus in propositionibus: nisi vt sint famose tã
tũ ⁊c. ⁊ primo posteriorũ philosophus capitu-
lo. 5. ex duabus aũt propositionibus primis ⁊
minimis cõtigit sic quidẽ syllogizare. idẽ auer
rois ibi cõmento sexto. De illo igitur eodem
syllogismo de quo philosophus primo priorũ
dixerat esse illatiuum cõclusionis ad cõclusio-
nem naturalem aduertendo: dicit secũdo prio
rum esse illatiuum pluriũ conclusionum: indif
ferenter considerando consequentia naturalia
⁊ artificialia. Dico igitur q barba comparatũ
ad ra est syllogismus naturalis. sed cõparatuz
ad subalternatã illi est artificialis ⁊ nomiatur
barbari. ⁊ quãto magis cũ comparatur ad con
uertentem subalternate ⁊ nominatur barbaris
sed cõiter dicitur baralip. qd si voluerint p acci
dens cõuertẽdã esse pticularem in vniuersalẽ
error est. q2 vniuersalis cõclusio de barbara ẽ.
que per accidens cõuertenda est in particularẽ
vel indefinitã. cõsequentie. n. male pro regulã
dis syllogismis nihil sunt. sed ab vniuersali ad
pticularẽ subalternatã: ⁊ a particulari ad con-
uertẽtẽ eius simpliciter ꝯsequẽtia valet. nõ aũt
a pticulari ad vniuersalẽ valz. Primã igitur
concl usionem modus ille imediate ⁊ naturali
ter infert: alias vero duas mediate ⁊ artificiali
ter: ⁊ sic tres cõclusiones infert barba: non ta-
men barbara: q2 non sunt tres propositiones
illatiuum syllogisticũ: vt in principio peteba-
mus: neqz tres propositiones dici possunt cõ-
binatio sed cõtinatio ⁊c. Celar aũt concludit
quattuor cõclusiones vniuersalẽ negatiuã nam

raliter : et dicitur celarent artificialiter vero
subalternatam illi ⁊ dicitur celaront: ⁊ conuer
sētem simpliciter vniuersalis negatiue ⁊ dicitˀ
celātes: ⁊ subalternatam conuertentis ⁊ dicitˀ
celantos . darí autē duas infert : primam na-
turaliter et dicitur darij: Secūdā vero .s. cōuer
tentem artificialiter ⁊ dicitur dabitis . sed feri
vnam tantum .s. particularem negatiuā: ⁊ dicitˀ
ferio. q2 particularis negatiua nō est cōuertibi
lis: neqȝ aliam hȝ in se inclusam: nisi cōuersio
nibus vtamur de inconsueto modo loquendi:
sed de Aristotelicis conuersionibus contenta
mur. in ꝯuersione enī ꝑ ꝯpositionē non saluātˀ
termini. ¶ Ex quo pȝ ꝙ pluresˀ modos arguē
di ⁊ bonos cognouit Aristoteles q̄ȝ illi aucto
res qui Aristoteli tantum quattuor naturales
modos prime figure enumerātí quinqȝ alios i
directe ꝯcludētes addere voluerunt .s. baralip:
celātes dabitis: ⁊ alios duos omnibus tribus
figuris cōes: imo q̄ȝ illi vndecī adiunxerunt:
quia naturalibus tantum recitatis primo prio
rum: vniuersalizauit Aristoteles intellectum
in secundo priorum ad conclusiones tam natu
rales q̄ȝ artificiales : vt se non fuisse insufficiē
tem in enumerādis vtilibus combinationibꝰ:
sed prudentissimum electorem ostenderet . q2
conclusiones post primam sunt mediate sequē
tes ⁊ quasi per accidens. vt secūdo priorū caꝰ
primo dixit Auerrois. ¶ Ex his patet vtiles
combinationes prime figure esse decem : qui-
bus additis duabus quas Aristoteles dixit
esse cōmunes tribus figuris .s. fapesmo ⁊ frise
som: duodecim erūt combinationes vtiles. qui
bus visis ad enumerandas cōbinationes vti-
les aliarum figurarum facilior patebit additꝰ.
ideo ab earum enumeratiōe supsedemus. Qȝ
si ꝺ incōsueto modo loquēdi cōuersione vti vo
lueris. quinqȝ aliosˀ arguēdi modos vtiles pre
dictis adiunges. Quia cōclusio ferio fapesmo
⁊ frisesom illo modo conuerti pōt: similiter cō
clusio celaront ⁊ celantos. Tertio accipien-
dum ꝙ potestates syllogismi sunt sex: de qui-
bus ʒo priorū Aristoteles quarū prima ē posˀ
se cōcludere plura. de alijs ꝑtibus non loq-
mur in presenti. Plura autē cōcludere tripl'r
fieri pōt primo ꝑ cōuersionē ꝯclusiōis vel sum
mēdo subalternatā ꝯclusioni: nō curādo an illa
sit particularis vel īfinita: singularē sub idefini
ta comprehendo: quia nō diffinitur idefinita ꝑ

habere subiectum cōe: sed ꝑ ꝓpositiōeȝ ꝺ sub-
iecto nō ꝺterminato signo vl'i vel particulari.
¶ Secūdo sumēdo in latus puta cum sub me
dio distributo plures minores extremitates ac
cipiuntur . ¶ Tertio in post assumēdo: ⁊ hoc
fit capiendo plures minores extremitates sub
minori extremitate distributa. ¶ Et quo seqˀ
ꝙ vbi ꝯclꝰ ꝯuerti nō pōt: ⁊ vbi mediū nō distri
buitur: neqȝ minor extremitas: non ꝯtingit plu
ra sillogizare. ¶ Sȝ q2 parum ante diximus
ꝙ feri tantū vnā cōclusionē infert: ⁊ tamē in ip
so mediū distribuitur. ¶ Dicēdū ꝙ primo mō
plura cōcludēdo manet vnus sillogismus re: lȝ
rōne varietur: q2 vtraqȝ ꝑmissaꝝ manet: q̄ realr
sūt sill'us: sȝ ꝯꝰ ad quā ꝯꝑatur sill'us variatur:
iō rōe sill's variatur .s. ꝺ nāli ad artificialē: imo
si ad ꝯōȝ nō ide sequētē ꝯparetur ꝺ bono i ma
lū variaretur: sȝ nō deberet dici absolute malusˀ
sȝ respectu illius cōclusiōis: q2 sill'us ille ꝯōeȝ
illā nō cōcludit sȝ aliā: nō esset igitur bonꝰ sill's
ad illā ꝯōem. lȝ cēt bonꝰ. ¶ Ex quo sequitur
ꝙ iste differētie silli .s. artificiale ⁊ nāle sunt ex-
trinsece sill'o ⁊ nō intrinsece: sumpte .s. penes ꝯ
clusiōnē ad quā sill'us comparatur: q̄ ē extrinseca
sill'o. ¶ Pȝ ʒo quare i enumerādis istis mo-
dis bene ponantur tres l're vt barbara q2 ꝺ istisˀ
sill'is loquitur vt naturales sunt: iō oȝ eorū cō
clusionē specificare: q2 illa ē respectu cuius ꝑ-
misse dn̄r nālis syll's aut nō. iō nō enumeranˀ
tres vocales: vt tres ꝓpōnes qbus ille tres
vocales corrñdēt sint ꝺ essentia sill'i: sȝ tertia ē
respectu cuius sill'us ē nālis. ¶ Secūdo autē
modo plura cōcludēdo manet maior tantum.
Sed tertio modo manet cōclusio tantum assu-
mēda pro maiori in ʒo sill'o. iō itelligimus mi
norē extremitatē distribui in ꝯōe ⁊ sic ꝑsuppo-
nitur ipsam fuisse distributā in minore ꝓposi-
tione. iō dixit cōmētator ʒo priorū capite prio
ꝙ hijs duobus vltimis modis vnus ⁊ idem
sill's .s. ꝺm cōputationem ⁊ non ꝺm veritatem
plura concludit . quia in rei veritate ē alius ⁊
alius sill'us. quia facta est variatio in hijs q̄ de
essentia silli sunt .s. in premissa. Istarum tamē
variationum tertia est maior q̄ȝ secūda vtȝ.
¶ Quantum ad ʒm articulum sit ꝯclusio respō
siua qōis aliqs sill'us vnus ⁊ idem manēs po
test plura cōcludere pȝ de modis vl'ibus pri-
me figure qui ꝯcludunt .s. vl'r particulariter di
recte ⁊ indirecte. pȝ etiam al'r q2 conuersio : in

latius sumptio: ⁊ post sumptio sūt pluriū cōclu
sionū cāe. Est āt ɔuersio vel simplex vel p acci
dens: et in latius sumptio est acceptio duarum
minorum extremitatum sub medio distributo:
vt sub aiali hō ⁊ equus. Et post sumptio ē ac-
ceptio alterius minoris extremi contenti sub
primo minori extremo: vt sub homine sortes.
¶ Correlarium primum non omnis syllogis-
mus potest plura concludere conuersiue quia
non omnis conclusio est conuertibilis. Corre
larium secundum non omnis syllogismus po
test plura concludere sumendo in latius qz nō
semper medium distribuitur. Correlarium ter
tium. non omnis syllogismus potest plura cō-
cludere in post assumendo. qz non semper mi-
nor extremitas distribuitur in cōclusione.
¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur
quomodo potest vnus syllogismus plura con
cludere: quin conclusio sit de essentia syllogis-
mi: quia ipsa ingreditur diffinitionem eius.
¶ Respondeo conclusionem esse de essentia
syllogismi dupliciter intelligitur primo qz con
clusio sit pars syllogismi aut causa aut princi-
pium eius: ⁊ in hoc sensu negatum est conclu-
sionem esse de essentia syllogismi. Alio modo
intelligitur qz cōclusio sit pars diffinitionis syl
logismi: ⁊ in hoc sensu verum est conclusionē
esse de essentia syllogismi. syllogismus. n. ē illa
tiuū cōclusionis ⁊ cōclusio est inferibilis p syl
logismum vnū aūt correlatiuū diffiniri per alte
rum voluit Aristoteles. 6. topicorū capitulo. 5.
¶ Secūdū dubiū qz videtur qz diuisio syllogis
mi p naturale ⁊ artificiale sit ēēntialis. qz nā ⁊
ars ēēntialiter distinguuntur. ¶ Respondeo ne
gādo cōseqntiā nos. n. syllogismos oēs facim⁹
saltē apud phylosophū. sed eos appellamus
naturales cū cōcludūt illam cōclusionē quam
aīa nostra ex natura sua est apta elicere. cū ve-
ro concludūt aliā: illos vocamus artificiales.
qz cōcludūt cōclusionē quā aīa nostra non est
p naturā apta elicere. sed elicit illā aliquo dis-
cursu adiuta vt a cōuersa ad cōuertentem. aut
a subalternante ad subalternaté ⁊c. dicendū
igitur quēadmodū cōclusio aliquo mō est de es
sentia syllogismi: ita ēt diuisio illa aliquo mō ē
essentialis: sed diuisio p affirmatiuū ⁊ negati-
uum ipsius syllogismi essentialis est proprie.
qz p naturam premissarum est: si. n. ambe affir
matiue sunt: syllogismus est affirmatiuus: si āt
altera earum sit negatiua: negatiuus. Sed di-
uisio syllogismi p vniuersale ⁊ particulare acci
dentalis est seu extrinseca. qz sumitur ex natu-
ra conclusionis sequentis: quā si contingat esse
particularē: particularis est syllogismus: si aūt
vniuersalē vniuersalis. non autem ex natura p̄
missarū accipienda est hec diuisio: qz stat vtra-
qz premissarum existente vniuersali particula-
rem esse syllogismum: vt darapti inter natura-
les: ⁊ batalip ⁊ felapton iter artificiales. Ex
hoc patet qz penes aliud dicenda est vniuersa-
lis demostratio qz syllogismus vniuersalis. qz
cū tres termini demostrationis conuertuntur.
eam vniuersalem appellant: cum vero non. p
ticularem. ⁊ sic stat sillogismū vniuersalē eē de
mostrationem particularē. ⁊ demostrationem
vniuersalem esse sillogismū particularem. quē-
admodū stat aliquā demostrationē vniuersalē
esse ēt sillogismum vniuersalem: ⁊ aliquā dmo
strationem particularem eē sillogismum parti-
cularem. ¶ Tertiū dubium qz non videt sillo
gismū posse plura concludere qz ipse esset qui
discurreret. ¶ Respōdeo negando consequen
tiam. qz potentia sillogismi est sillogismus ipse
qui est discursus sed non discurrens. sed anime
aut hominis est opus discurrere. ¶ Quartum
dubium eadē ratione qua sillogismus est ante
cedens: ɔña erit aīis: ⁊ copulatiua erit vna ps
copulatiue: similiter ⁊ disiunctiua erit vna pars
eius. que icōueniētia sunt. ¶ Rñō admisso co
muni modo loquendi qz ɔña sit ꝓpō rōnalis
ɔposita ex antecedente ⁊ ɔsequēte tūc nego qz
sillus sit ɔña sed certa ɔña ē totū ad sillum. et
sillus ē ps ɔñtie: totū itelligo nō vle sz itegrale
simili admisso cōi mō loquēdi d̓ copulatiua et
disiūctiua qz ipse sint ꝓpōes ɔposite ex catego
ricis cōiūctis p notā copulatiōis vl̓ disiūctiōis
negat ɔña argumēti: pz aūt qz cōis vsus loquē
di nō accipit sillum nisi ꝓ orōne apta inferre:
sed hoc intelligimus de aīte: nō aūt d̓ ꝓpōe cō
posita ex aīte ⁊ ɔñte. ⁊ sic ɔcedit qz aīs ē su-
pius ad sillum. vez si itelligat ɔñtia ꝓ orōne
ad quā alterū ɔfert: tūc supius ē ɔñtia ad sillz
⁊ ɔuertitur ɔñtia cū aīte. Et tūc seqtur aliquā
categoricā eē ɔñtiā: nō tñ ipsaz absolute accipi
endo: sz respectu ɔñtis qd ipsa est apta inferre.
Sed hec pro nunc sint satis.

Sint Deo Laus Gloria ⁊ honor.

¶ Alexandri Achillini bononiensis Questio de subiecto medicine.

Utrum homo secundum ꝙ arte sanabilis est sit subiectum medicine.

¶ Respondendo erunt tres articuli. In primo soluetur questio In secũdo notabuntur quedam proposito utilia. Tertio dubitationes alique soluentur.

¶ Quantum igitur ad primum. pars questionis affirmatiua conceditur. quia ipse est in illa scientia primo consideratum. patet consequentia ex diffinitione subiecti quam dedi in questione de subiecto physionomie ꝛ probatur antecedens ex proprietatibus ad subiectum consequentibus. quoniam homo partes habet integrales arte medica regulabiles: Ideo ille et earum passiones in medicina considerantur. et omnia alia que in medicina contemplantur: homini attribuuntur: quia propter ipsum speculantur. neq; subiectum hoc medicine metas transcendit.

¶ Quod si Gallenus prima aphorismorum. afforismo primo. aut Auicena prima primi capitulo de diffinitione medicine. aut Auerrois primo colliget capitulo primo. Aut secundo phisicorum commento tertio. aut Haliabbas primo theorice. aut Alexandrinus commentator libri sectarum. dixerunt corpus humanum esse subiectum. intelligatur homo.

¶ Quod si Gallenum induxeris in libro de substantia virtutum naturalium nolentem hominem subici propter animam intellectiuam cuius substantiam medicus non cognoscit aut propter hominis virtutes: que ad scientiam moralem pertinent: non aũt ad medicum.

¶ Respondeo licet ibi dixerit Gallenus. Aptissime enim oportet esse corpus susceptiuum anima;. non tamen propter hoc voluit corpus quod est altera pars hominis esse subiectum medicine: licet enim illud sit ratio principalis propter quam homo subicitur medici operationi: non tamen est id circa q̃d principaliter versatur medici contemplatio: quia intendit medicus hominem conseruare aut sanare: ut sibi solitas possit operationes producere. tũ etiã nãli philosophie medicina nõ subalternaretur. q; subiectũ philosophie est corpus ex se mobile: ꝛ hoc est naturatũ: ꝛ nõ natura q; nulla natura est per se mobilis ideo nulla natura sub eo cõprehensa est. est aũt corpus hominis materia ha: ideo natura est illius: ꝛ ideo sub corpore mobili q̃d subiectum est philosophie naturali non continetur. ¶ Ad rões intellectus presupponitur in philosophia naturali consideratus: ideo medico non est necessarium substantiã aie q̃d sit cognoscere. ut recte testatur Gallenus in libro de substantia virtutũ naturalium non enim ratio formalis considerandi hoiem in medicina replicat secũdũ ꝙ hõ est: sed secundum ꝙ arte sanabile est. Uirtutes autem morales aut vitia a medico per accidens considerantur prout ad conseruandam sanitatem. aut variandam faciũt: dixit enim Gallenus prio de regimine sanitatis. Q̃d mores animi corrũpuntur a malis consuetudinibus ꝛ cibis ꝛ potibus ꝛ gymnasiis ꝛ inspectionibus ꝛ auditionibus. ꝛ mala musica. Quod oportet medicu; qui debet custodire sanitatem studere ne mores animi corrumpantur: non ut philosophus ut conseruet ipsius anime sanitatem: sed ut nõ facile in egritudinem deueniat corpus. Et secunda primi Auicena capit. 14. voluit imaginationes mutare complexionem. ¶ Quod si rectificanda sit sensus aut intellectus operatio: sufficit organum temperare aut instrumentum: dixit enim Gallenus primo de ingenio sanitatis: si quis animam curare voluerit: oportet ut antea curet corpus. ¶ Quod si Christoforus de honestis dixit corpus humanum excedi a medicina propter multa alia que in medicina considerantur. Patet ipsum debuisse discernere inter subiectum ꝛ subiecto attributum. non enim oportet omnia in scientia considerata sub subiecto contineri: quemadmodum neq; principia sub subiecto sunt. neq; passiones.

¶ Quantum ad secundum articulum. primo Noto differentiam. inter subiectum operis medici. ꝛ subiectum medicine. Quia medicina est scientia. ꝛ habitus intellectus. Ideo subiectum eius est uniuersale. quod est in anima. Sed operi medici subicitur singulare: ꝛ non uniuersale. Differunt igitur

subiectum medicine ꝛ medici sicut reale ꝛ intentionale. ꝛ conueniunt sicut superius ꝛ inferius: quia subiectum scientie est predicabile de individuo subiecto operi vel ꝺ pronomine demonstrante ipsum. ¶ Quod si Aristoteles ꝺo prior um textu cōmenti .25. transfert opus circa inferius ad superius: pz ꝙ accipitur superius nō secūdū eius esse intentionale: sed ꝼm illius esse reale. Sciendum ꝺo ꝙ consideratū in scientia est triplex: per se primo: p se ꝺo: ꝛ p accidēs. p acñs ꝯsiderata in medicina sunt mōtes valles situs ꝛc. ꝼm ꝙ apta sunt dispositionem hominis ꝼm ꝙ arti sanabile ē conseruare aut variare vel medici operationem: egrotabile autem egritudine magna vel parua: est quod ꝺo vel per accidens consideratur. Galenus etiam prima technis intentioni medici circa causas sanas postposuit intentionē circa causas egras ꝛ neutras. Sed principia subiectum ꝛ proprietates eorum principaliter considerātur. proprietates eiꝰ sunt dietabile chirugicabile ꝛ medicinabile ita dixerim. Intentioni. n. nomina subiciuntur: ꝛ non econtra: principia autem quia scientia est docens operari sunt duplicia .s. subiecti ꝛ operis: complexa ꝛ incomplexa. principia subiecti incomplexa formalia ꝛ finalia naturali reliquuntur. similiter ꝛ efficiens remotum. Sed efficiens propinquum cōsideratur: oportet enim virtutem foetus formatiuā medicum aliquando adiuuare ꝛc. materialia etiam diuiduntur p propinquum ꝛ remotum: remotum vt materia prima naturali philosopho relinquitur contemplandum. elementa etiam philosophi sunt: iuxta sententiam Galeni in libro de substantia virtutum naturalia dicentis. Siue autem corporalibus substantijs totis per eas inuicem existentibus: siue qualitatibus solis ꝯplexiones fiant neqꝫ necessarium aio cognoscere neqꝫ assero. patet autem ꝙ elementis non formaliter i mixto remanētibus nō oportꝫ medicum elementa considerare. ¶ Auicena autem de elementis determinans prima primi maluit ex philosophia libro suo aliquid inscribere q̄ꝫ medicinam incomplete comprehendere. ideo Galenus in libro de elementis loquens philosophus est. ¶ Humores autem membra ꝛ spiritus medico substernuntur. ¶ Operandi autem principia: que in speculatiuis non queruntur: sunt medicine simplices vel composite aut res non naturales que ad inducendam sanitatem vel conseruādam saltem instrumentaliter operantur: Cognitionis autē principia incomplexa sunt signa per que venāda est corporis dispositio naturalis aut aduentitia vulgarissima autem sunt principia complexe. Contraria contrarijs curantur: ꝛ similibus conseruantur. ¶ Ex hiis patet quam longe a nostra sententia distet Tadeus ponens canonem pro subiecto predicationis in medicina. nō enim subiectum querimus complexum: sed incomplexum: non de omnibus predicabile: sed particularibus subiectis ꝛc. cū. n. canon de homine non predicetur: nō subiceretur homo medicine ꝛc.

¶ Sciendum tertio ꝙ ratio formalis considerandi hominem in medicina scilicet secundumꝫ ꝙ arte sanabile distinguens est medicinalē hominis consideratione ab ea quā habet mere physicus ipsum considerans inquantum ē ens vel substātia: ꝛ ab ea quam habet naturalis cōsiderans hominem secūdum ꝙ est corpus mobile ꝛ inquantum ipse homo est. facit igitur ratio formalis considerandi subiectum ꝙ ipsum non trāscēdit metas scientie cui substernitur. Distinctionem medici ꝛ naturalis philosophi collige a Galeno i libro de partibus artis medicatiue capº quarto.

¶ Sciendum quarto ꝙ finis intētus a medico est vnus scilicet sanitas vt dixisse Tesillum dicit Galenus primo de ingenio sanitatis capitulo secūdo: ꝛ in libro de optima heresi: ꝛ i introductorio medicorum. a fine igitur ratio formalis subiecti sumpta est: et licet dupliciter considerabilis sit sanitas vno modo secundū ꝙ acquisibilis homini: alio modo secundꝫ ꝙ conseruabilis est in homine: tamen non sunt duo fines in medicina sed unus tantum scilicet sanitas: sunt tamen duo modi attingendi finem scilicet inducendo ꝛ conseruando.

¶ Quod si adducas Auerroim primo colliget capitulo primo. finis istius artis non ē ad sanādum omnino: sed ad faciendum quod potest fieri.

¶ Rño intelligit ꝙ medicus nō semp inducit sanitatem: quamuis circa egrum corpus operetur. Aut ex mala egritudinis dispositione:

aut egri aut alterius circũstantie:sed istud non tollit quin sanitas sit finis medicine: et etiam medici.non enim tollitur nature intentio in ꝓcreando masculo:quãuis feminã aut monstrũ aliquando vix valeat attingere imo natura aliquando vane operatur nullum attingendo finem. ¶ Quod si iterum adducas auerroiz ibi finis preintenti sunt due species scilicet conseruare sanitatem et remouere egritudinem. et idem confirmes ex diffinitione medicine habita prima primi ab Auicena. ¶ Respõdeo intelligit duobus modis attingibilem esse sanitatem scilicet conseruando et educendo. non enim aliud est sanitatis eductio.q̃z egritudinis remotio:sunt enim sanitas et egritudo contraria imediata.vt Auerrois ibi.et generatio vnius est alterius corruptio.

¶ Sciendum quinto ꝙ sanitas habet duplex esse:intentionale:et reale:sanitas in esse intentionali est regulans medicum in operando:sed sanitas in esse reali est quam optant infirmi:et quam debet medicus producere aut conseruare in corpore:cum est ei possibile et conueniens ¶ Ex quo sequitur ꝙ sanabile qd̓ est ratio formalis considerandi hominem in medicina dicit duo sub disiunctione scilicet sub sanitate cõseruabile vel ad sanitatem deducibile. et recte dico sanabile et non sanatum.quia sanatum est finis operis medici conseruantis sanitatez aut eam producentis:non autem subiectũ. ¶ Qd̓ si dicas medicum operari circa ethicum tertie speciei confirmatum:qui non est sanabile: nisi forte aptitudine logica de qua nõ est sermo ad propositum. ¶ Respondeo illud corpus est de reducibilibus ad subiectum medicine: sed non est subiectum in ea neqz vniuersale neqz ꝑticulare:quemadmodum ẽt corpus hominis mortui est de reducibilibus ad subiectum medicine. pro quanto medicus intendit aliquando mundare ipsum a fecibus et conseruare ipsum a putredine. ¶ Non tamẽ ita ꝑ accidens cõsideratur a medico ethicus sicut corpus mortuum: quoniam medicus ethycum regere habet taliter. vt non tam cito ipsum mori contingat sicut fieret si non regularetur. et hoc appellat Auicẽna decima tertij viuificabile. ¶ Corelariũ aliquid infra speciem specialissimã sciẽtie subiectum primũ esse potest. concessi enim hominem secũdũ ꝙ arte sanabile est. non com

prehendere sub se ethicũ tertie speciei. ¶ Qd̓ si galenus prima technis aut plusquam cõmẽtator ibi cõmento.15.intelligit medicinam esse omnium sanorum egrorum vel neutrorum qa ars est de omnibus vniuersaliter. Intelligo medicinam esse omnium hominũ arte sanabilium:non autem est aũt omniũ hominũ absolute. Qd̓ si plusquam commentator infra speciem specialissimam descendit restringens sanum ꝑ esse a natura:patet ꝙ plus restringit q̃z nos.quia ẽt sanũ ꝑ artem factum est arte regulabile et subiectum medico:voluit enim prima technis cõmento.15.et tertia technis.commẽto 22. sana per artem facta non esse medico subiecta:sed ea eẽ terminos artis.qd̓ si formaliter intelligatur:veritatem sapere detegetur. ¶ Ex hoc patet q̃z longe absimus ab opinione Algonis senensis ponentis viuificabile in ratiõe formali subiecti medicine. ¶ Qd̓ si dicas ꝙ sanum est ratio formalis subiecti huius scientie iuxta plusquã cõmentatorez prima technis cõmento.9. ¶ Respondeo ꝙ nõ.quia medicina est scientia pratica.et non speculatiua: est autẽ sanũ rõ formalis speculatiua:eo quia non dicit operabilitatẽ a nobis: sed sanabile bene dicit operabile a nobis. Nõ subiciuntur igitur opi medici egrum vel neutrũ nisi vt sanabilia sunt in quibus educenda est sanitas in egro egritudinẽ remouendo et in neutro lapsum vlteriorẽ ad egrum prohibendo.et ad sanitatem ipsiuz reuocando.Similiter sanũ non subicitur opi medici nisi vt in sanitate conseruabile. ideo proportionabiliter dicendũ est de subiecti sciẽ rõe s.ꝙ ipsa sit sanabile.et nõ sanum. ¶ Qd̓ si ex plusquã cõmẽtatore ibidẽ dicas ꝙ subiectum medicine est sanũ magis q̃z corpus vel homo ¶ Respõdeo ꝙ nõ qa nulla dispõ quã itẽdit artifex producere in subiecto vel cõseruare i eo est subiectũ opi artificis.sz sanitas ẽ dispõ quã intendit medicus causare i subiecto homie vel cõseruare.ideo ipsa non se tenet ex ꝑte subiecti operi.et cõsequẽter nõ se tz ex parte subiecti sciẽntie pratice. ¶ Sciẽdũ.6.ꝙ sanabile ẽ duobus mõis:arte natura:tũc hõ vt sanabile natura tãtũ.cõsideratur a pho nãli. vñ phs i libro de sẽsu et sẽsato phi ẽ dẽ sanitate et infirmitate prima iuẽire pricipia.sed hõ vt sanabilis a natura adiuta per artem a medico consideratur.

¶ Ex hoc patet diminute assignatũ esse sub

iectum medicine a cōciliatore differētia .6. ⁊ a Jacobo forliuiensi: quia nō addiderunt sub iecto per artem. Colligitur sentētia ab Auerroe primo colliget capitulo primo in fine.


Sciendum septimo quod neutrabile ⁊ egrotabile nō cadunt in ratione formali subiecti, quia nō operatur medicus circa hominem vt in ipsum inducat egritudinem vel neutralitatē: neque vt cōseruet harum aliquam dispositionum.

Quod si dixeris considerātur iste dispositiones vt abiciātur. Licet responsio vera sit non tamen sufficit proposito, quia nullus terminus a quo in transmutatione habet rationē finis illius transmutationis: sed illud quod per transmutationem est abiciendum est terminus a quo vel per se vel per accidens non curo: iō illud non habet rationem finis, ergo ab illo nō est ratio formalis subiecti summenda: sed a fine puta a sanitate. Ex hoc apparet superfluitas Jacobi forliuiensis ⁊ Ugonis senensis ⁊ multorum aliorum qui ponunt in ratione formali subiecti medicine egrotabile ⁊ sub neutra dispositione ponibile. Iste enim dispositiones quia aliquam cōtrarietatem habēt ad subiectum: ad ipsum attribuuntur. Ex his habetur possibile esse ymo necessarium passionē alicuius subiecti esse rationem formalem considerandi illud: ⁊ presertim cum scientia subalternatur alteri scientie subiectum illud quidditatiue considerant. Sic autem est de medicina cui subicitur homo quem philosophus naturalis quidditatiue considerat ⁊ philosophia naturalis medicinam sibi subalternat: vt recte dixit plusquam commētator prima techni com mento .20. Quod si dixeris illud est subiectum scientie quod pro differentia intrat diffinitionem scientie: sed medicine diffinitionem intrant sanum egrum ⁊ neutrum, vt patet ex Galeno prima techni ⁊ ex Auicēna prima primi. Respondeo circūscribunt nobis ille particule hominem ipsum ut arte sanabilem: ipsum enim oportet esse aut sanum aut egrum aut neutrum si neutrum ponendum censueris: ⁊ quia materialia hec sunt in subiecto: ideo diffinitio. Auicēne superaddens rationem eorum formalem considerandi. Lautior est ⁊ totior. De subiectis aūt librorum vt techni aut afforismorum aut primi auicēne non multum curamus, quia in pn̄te scribētis ē ō qb⁹ voluerit disputar.

sed scientie ipse ex sui natura subiectum exigūt cis determinatum.

Quantum ad tertium articulum dubia que dam sulcanda sunt primum est questio quam mouet Galenus in libro de constitutione artis medicatiue an medicina sit speculatiua.

Ad quam ipse Respondendo artes distinguit. quoniam quedam est solum speculatiua. vt arithmetica ⁊ astrologia ⁊ philosophia: quedam vero est pratica tantum: quia ostendit opus: non tamē cum cessat ab opere vt coriaria. quedam econuerso ostendunt opus vt edificatiua quedam autem nihil faciunt sed acquirere faciunt aliquid vt venatoria. Tunc dicit medicinā esse de genere factiuarum ostendērium tamen opus cum nō operātur. hec ex secūdo capitulo primi libri. Ex tertio vero capitulo dicit eam potius factorum correctiuam quam factiuā vt resarcinatiua: quia nature est sanitatem facere: artis vero reparare. ex capitulo vndecimo ⁊ etiam capitulo vltimo. Aliquā autē artifex sibi exemplum plasmat vt pictoria: aliquando vero nō: medicina de secundis est: quia per anothomiā certitudinaliter videt ipsum. differt autem a dictis artibus: in eo quod plurima natura operāte: ipsa famulatur speculationem: tam vniuersam ex qua procedens medicus speculatiuus ⁊ ministratiuus est. capitulo vltimo. His autem presuppositis resoluendo dicamus: eē praticum vel sumitur a ratione formali subiecti. et sic medicina est pratica, quia arte sanabile est a nobis operabile. Alio modo sumitur ab obiecto complexo dictate de opere scilicet sic eē faciēdum uel nō: ⁊ sic medicina diuiditur per praticum ⁊ speculatiuum: quia conclusionū medicinalium alia dictās est de opere: alia non: dictātes de opere parte medicine pratice comprehenduntur vt flebotomandum est: calefaciēdū: frigefaciēdum ⁊c. non dictātes vero speculatiue. vt genera febrium sunt tria: complexiones sunt. 9. vel quinque. febris est calor extraneus ⁊c. ⁊ tunc quia habitiuum aggregatio integram dat scientiam: tūc patet quomodo praticum et speculatiuum sunt partes medicine integrales ⁊ nō subiectiue. sed praticum ⁊ speculatiuum vt ab obiecto sciētie incomplexo originem trahūt: sunt differentie diuidētes scientiam in partes subiectiuas. An autem sint differentie essentiales vel accidētales nō curo nō.



¶ An autem subiectum partis medicine que theorica est: a subiecto partis medicine: que pratica est: distinguatur.

¶ Dicendum ꝙ incomplexum subiectum nõ distinguitur: sed idem est in vtraqꝫ ⁊ sm materiam ⁊ sm formam scilicet homo secũdum ꝙ arte sanabile. medicina enim vna est scientia extrinsece ab vnitate subiecti sui. ¶ Nisi forte diceres ꝙ homo arte sanabile secundum ꝙ de ipso formabiles sunt propositiones de opere dictantes subicit pratice. ipse vero sm ꝙ de ipso formabiles sunt propositiones non dictãtes de opere: subiciatur theorice: sed patet hãc esse distinctionẽ quam anima nostra fabricat. q̃ a scientijs realibus abicienda est. Obiecta vero theorica complexa ab obiectis complexis praticis distinguntur: sunt enim conclusiones differentes. ¶ Ex hijs autem concludamus alterius dubij solutionẽ an scilicet medicina sit ars. Et dicamus quod capiendo artem vt dicit collectionem plurium preceptorum ad vnum finem tendentium: sic medicina est ars neqꝫ ars sic accepta contra distinguitur scientie: sed quid cõius est ea. Sed vtendo hoc nomine ars sm quod eo vtitur philosophus sexto ethycorum medicina non est ars. Error enim fuit Jacobi forliuiensis nolentis sub scientia sexto ethycorum diffinita praticam comprehendi. quia ipsa est habitus demonstratione acquisitus patet ibi capitulo quarto. Alius error fuit eiusdem putantis scientiam praticam sub arte sexto ethycorum diffinita esse comprehensam. cuius opositum voluit philosophus ibi capitulo sexto dicens artem esse circa contingentia: scientiam vero esse impossibiliũ al'r se habere ⁊c. Auerrois autem primo colliget ⁊ sexto et septimo. ⁊ primo canticorum voluit medicinam esse artem: Non vt ipsum exponit Vgo senensis scilicet large artem accipiendo: iuxta quem sensum intelligendi sunt Galenus ⁊ Hyppocrates. quia ipsam voluit Auerrois esse mecanicam artem ⁊ non scientiam dixit enim ipse primo de anima commento decimoseptimo medicum esse artificem mechanicum. quẽadmodum eleganter dixit plusquã commentator prima technis cõmento septimo.

Laus Deo gloria ⁊ honor.

¶ Expliciũt questiones de prima syllogismi potestate ⁊ de subiecto medicine. a Magnifico dño filio Claudij Achillini ambas ordinarias philosophie ⁊ medicine theorice publice docẽte. Edite ⁊ impsse Bononie typis Joannis Antonij de Benedictis ciuis bononiẽsis Anno dñi. 1504.
Illustrissimo Joanne Bentiuolo secũdo rei publice Bononiensis habenas foeliciter moderante.





